Sequitur in ſequentem tractatum approbatio et ſubſcriptio doctorũ alme vniuerſitatis Colonieñ. iuxta formam publici inſtrumenti

In nomine domini noſtri

iheſu chriſti Amen. Nouerint vniuerſi preſens publicum inſtrumentum lecturi. viſuri et audituri. Quod anno a natiuitate eiuſdem domini noſtri. M cccclxxxvij. Indictioñ quinta Die vero ſabbati. decimanona menſis Maij hora quinta poſt meridiem. vel quaſi pontificatus Sanctiſſimi in chriſto patris et domini noſtri domini Innocentij diuina prouidentia pape octaui. Anno tertio. In mei notarij publici et teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum et rogatorum preſentia. perſonaliter conſtitutus. Venerabilis et religioſus frater Henricus inſtitoris ſacre theologie profeſſor ordinis predicatorum heretici prauitatis inquiſitor. A ſancta ſede apoſtolica vnacum Venerabili et religioſo fratre Jacobo ſprenger etiam ſacre theologie profeſſore ac cõuentus predicatorum Colonieñ priore collega ſuo ſpecialiter deputatus pro ſe et dicto collega ſuo propoſuit atqꝫ dixit ꝙ modernus ſummus pontifex ſcꝫ dominꝰ Innocentiꝰ papa prefatus per vnam patentem bullam. cõmiſit ipis inquiſitoribus. Henrico et Jacobo ordinis predicatorum et ſacre theologie profeſſoribus predictis. facultatem inquirendi apoſtolica auctoritate ſuꝑ quaſcunqꝫ hereſes. precipue autem ſuper hereſim maleficarum modernis temporibus vigentem et hoc per quinqꝫ eccleſias Metropolitanas. videlicet Mogũtineñ. Colonieñ. Trevereñ. Saltzburgeñ et Bremeñ. cum omni facultate contra tales procedendi vſqꝫ ad vltimum exterminiũ. iuxta tenorem bulle apoſtolice. quam ſuis habebat in manibus. ſanam. integram illeſam et non viciatam. ſed omni prorſus ſuſpicioñ. careñ. Cuius quidem tenor bulle ſic incipit. Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ad futuram rei memoriam ſummis deſiderantes affectibus. prout paſtoralis ſollicitudinis cura requirit vt fides catholica noſtris potiſſime temporibus vbiqꝫ augeatur et floreat ꝛc. Finit autem ſic. Datum Rhome apud ſanctum Petrum Anno incarnatioñ dominice. Milleſimo quadringenteſimo octuageſimoquarto nonas Decembris. Pontificatus noſtri Anno primo.

Et quia nõnulli animarum rectores et verbi dei predicatores. publice in eorum ſermonibus ad populum. aſſerere et affirmare nõ verebantur. maleficas nõ eſſe aut ꝙ nihil in nocumentũ creaturarum quacunqꝫ operatione efficere poſſent ex ꝗbus incautis ſermonibꝫ nõnũqꝫ ſeculari brachio. ad puniẽdũ hmõi maleficas ãputabat facultas ⁊ hoc

in maximū augmentum maleficarum ꝛ confortatōem illius hereſis. Ideo prefati inquiſitores totis eorum viribus.cūctis periculis ꝛ inſultibus obuiare volentes.tractatum quendam nō tam ſtudioſe q̄ꝫ ꝛ laborioſe collegerūt. In quo nō tam hmōi predicatoꝝ ignorantiam pro catholice fidei conſeruatōne repellere niſi ſunt.quantū etiam in exterminium maleficarū debitos modos ſententiandi ꝛ eaſdem puniendi.iuxta dicte bulle tenorem.ꝛ ſacrorum canonū inſtituta laborarūt. At q̄niam conſonū ratōni eſt.vt ea que pro cōmuni vtilitate fiūt.etiam cōmuni approbatōne doctorū roborentur. Ideo ne prefati rectores diſcoli.ꝛ predicatores ſacrarum litterarum ignari.eſtimarent predictū tractatum ſic vt premittitur collectum.minus bene doctorum determinationibus ꝛ ſententijs fulcitum.eūdem alme vniuerſitati Colon̄.ſeu nōnullis ibidem ſacrepagine profeſſoribus.ad diſcutiendum ꝛ collationādum obtulerūt.vt ſiqua reprehenſibilia.ꝛ a catholica veritate diſſona reperirētur eorum iudicio ſic refutarentur.qꝺ tamen conſona catholice veritati approbarent̄.qꝺ ſubſcriptis modis factū fuit.

In primis Egregius dominꝰ Lambertus de monte manu ſua ꝓpria ſe ſubſcripſit prout ſequitur. Ego Lambertus de mōte.ſacre theologie humilis profeſſor. Decanus pro tēpore facultatis ſacrepagine eiuſdem ſtudij Colonien̄.fateor hac manu mea ꝓpria.iſtum tractatum tripertitum per me luſtratum ꝛ dilig enter collacionatū quo ad eius partes primas nihil continere ſaltim meo humili iudicio.quod ſit contrarium.aut ſententijs non errantiū philoſophoꝝ.aut contra veritatem ſancte catholice ꝛ apoſtolice fidei.aut contra doctoꝝ determinatōnes a ſancta eccleſia approbatoꝝ aut admiſſorū. Tercia etiam pars vtiqꝫ ſuſtinenda ꝛ approbanda quo ad illorum hereticoꝝ punitōnes de q̄bus tractat inquātum ſacris canonibus nō repugnat. Iterum propter experimenta in hoc tractatu narrata.que vtiqꝫ propter famam tantorum viroꝝ precipuoꝝ etiam inquiſitoꝝ credūtur eſſe vera. Conſulendum tamen videtur.ꝙ iſte tractatus doctis ꝛ viris zeloſis.qui ex eo ſana varia ꝛ matura conſilia in exterminiū maleficaꝝ conferre poſſunt cōicetur.ſimul ꝛ eccleſiarū rectoribus timoratis ꝛ conſcientioſis dumtaxat ad quoꝝ doctrinam ſubditoꝝ corda in odium tam peſtifere hereſis incitari poterūt.ad cautelam bonoꝝ pariter ꝛ malorum inexcuſabilitatē atqꝫ punitōnem.vt ſic miſericordia in bonis ꝛ iuſticia in malis luce clarius pateat.ꝛ in oībus deus magnificetur ipo preſtante cui laus et gloria. Deinde ad idem venerabilis magiſter Jacobus de ſtralen etiam propria manu ſua ſe ſubſcripſit in hūc modum. Ego Jacobus

de ſtralen ſacre theologie profeſſor minimus. poſt viſitationem tracta-
tus memorati. ſentio conformiter per om̄ia his que per venerabilē ma-
giſtrum noſtrum Lambertum de monte decanū ſacre theologie. ſupe-
rius ānotata ſunt. quod atteſtor hac ſcriptura manus mee . ad laudem
dei. Pariformiter eximius magiſter Andreas de ochſenfurt. etiam
propria manu ſe ſubſcripſit vt infra. de materia oblati tractatus. quan-
tum prima facie apparuit. quod conteſtor manus mee ſcriptura ad fi-
nem in eodem expreſſum promouendum. Conſequēter autem Egre
gius magiſter Thomas de ſcocia. ſimiliter ſe propria manu ſua ſubſcri
pſit prout ſequitur. Ego Thomas de ſcocia ſacre theologie doctor li-
cet immeritus conformiter ſentio per omnia venerabilibus magiſtris
noſtris precedentibus. in materia prefati tractatus. per me examinati.
quod atteſtor manu propria mea. Subſequenter et ſecūda ſubſcri-
ptio contra prefatos predicatores incautos ſic acta fuit. In primis po-
ſiti fuerunt articuli prout ſequitur. Primo inquiſitores heretice prauita
tis deputatos auctoritate ſedis apoſtolice iuxta formam canonū com-
mendant magiſtri ſacri theologie ſubſcripti et hortantur quod dignen
tur proſequi cum zelo eorum officium. Secūdo ꝙ maleficia poſſe
fieri ꝑmiſſione diuina ex cooperatōne diaboli per maleficos aut male-
ficas nō eſt contrarium fidei catholice. ſed conſonum dictis ſacre ſcriptu
re imo neceſſarium eſt. iuxta ſententias ſanctoꝝ doctorum illa quādo-
q; poſſe fieri admittere. Tertio predicare erga maleficia nō poſſe fie-
ri erroneum eſt. quia ſic predicantes impediūt quantum in eis eſt opus
pium inquiſitoꝝ in preiudiciū ſalutis animaꝝ. ſecreta tamen que quan
doq; ab inquiſitoribus audiūtur non ſunt om̄ibus reuelanda. Vlti-
mo exhortandi veniūt om̄es principes et quicūq; catholici. vt aſſiſtere
dignentur tam pijs votis inquiſitorum pro defenſione ſancte catholice
fidei. Demum vero ſubſcripti et ſupraſcripti doctores predicte facul-
tatis theologie manibus proprijs ſe ſubſcripſerūt. prout ego Arnoldꝰ
notarius infraſcriptus ex reuelatōne honeſti Joānis vorda de Mech
linia alme vniuerſitatis Colonieñ bedelli iurati qui mihi hoc retulit au
diui et vt ex manibus etiam ſupra et infraſcriptis apparuit vidi in hunc
qui ſequitur modum Ego Lambertus de monte ſacre theologie hu
milis profeſſor . ita ſentio vt preſcribitur. teſte hac manu mea propria.
pro tempore decanus. Ego Jacobus de ſtralen ſacre theologie pro
feſſor minimus ita ſentio vt ſupra ſcribitur quod teſtificor manu mea
propria. Ego Vdalricus kridiviſ de eſlingen. ſacre theologie pro-
feſſor nouiſſimus vt preſcriptum eſt ita ſentiendum . hac manus pro-
prie ſcriptura cenſeo. Et ego Conradus de campis ſacre theologie

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

profeſſor humillimus prout ſupra cum maioribus meis in idem con-
curro iudicium. Ego Cornelius de breda minimus profeſſor ita ſen
tio vt preſcriptum eſt. quod teſtificor manu mea propria. Ego
Thomas de ſcocia ſacre theologie profeſſor licet immeritus conformi
ter ſentio venerabilibus profeſſoribus preſcriptis teſte manu mea pro-
pria. Ego Theodericus de bummell ſacre theologie humillimus
pfeſſor ita ſentio ſicut ſcriptū eſt p mgr̄os meos p̄ſcriptos qd̄ teſtor ma
nu mea ꝓpria. In aſſertione articuloꝝ preſcriptoꝝ conformis iu-
dicij ſum cum venerandis magiſtris noſtris preceptoribus meis Ego
Andreas de ochſenfurt. ſacre theologie facultatis profeſſor ac theolo
gorum vniuerſitatis Colonieñ collegij minimus. Nouiſſime au-
tem et finaliter iam dictus venerabilis et religioſus frater Henricus
inſtitoris inquiſitor habuit et tenuit in ſuis manibus quandam aliam
litteram pergamenā Sereniſſimi regis Rhomanoꝝ ſigillo ſuo ru-
beo rotundo in capſa cere glauce impreſſa. impreſſula pergameni infe-
rius impendeñ ſigillatam ſanam et integram non viciatam non can-
cellatam neqȝ in aliqua ſui parte ſuſpectam ſed omni prorſus vicio et
ſuſpicioñ careñ Ita ꝙ in faciliorem expeditionem huius negocij fidei
idem Sereniſſimus dominus Rhomanoꝝ rex prefatus ipſam ean-
dem bullam apoſtolicam ſupra tactam. tanquam chriſtianiſſimꝰ prin
ceps tueri et defendere voluit atqȝ vult ⁊ ipſos inquiſitores in ſuam om
nimodam protectionem ſuſcipit. Mandans et precipiens om̄ibus et
ſingulis Rhomano imperio ſubditis vt in executione talium nego-
ciorum fidei ipſis inquiſitoribus omnem fauorem et aſſiſtentiam exhi
beāt ac alias faciant prout in eadem littera plenius continetur et ha-
betur Cuius quidem littere regalis principium et finis hic infra anno-
tantur in hūc modum. Maximilianus diuina fauente clementia Ro
manoꝝ rex ſemper auguſtus. Archidux Auſtrie. dux burgundie. Lo
thar. Brabantie. Lymburgie. Lutzenburgie et Gelrie. Comes flan-
drie ⁊c̄ Finis vero. Datum in oppido noſtro bruxelleñ. noſtro ſub ſigil
lo menſis nouembris die ſexta. Anno domini Milleſimo quadrin-
genteſimo octuageſimoſexto regni noſtri Anno primo. De et ſu-
per premiſſis om̄ibus et ſingulis iam dictus venerabilis et religioſus
frater Henricus inquiſitor pro ſe et collega ſua antedicto ipſis a
me notario publico ſupra ⁊ infraſcripto fieri ⁊ confici vnum vel plu-
ra publicum ſeu publica inſtrumentum ⁊ inſtrumenta in meliori for-
ma petijt. Acta ſunt hec Coloñ. in domo habitatioñ. venerabilis ma-
giſtri Lamberti de mōte predicti infra emunitatem eccleſie ſancti An-
dree Coloñ. ſit. in camera negocioꝝ et ſtudij eiuſdem magiſtri Lam-

berti inſerius Sub anno dñi. inditioñ. menſis. die horis. ꝛ pontificatu quibus ſupra preſentibus ibidem predictis magiſtro Lamberto ꝛ Johanne bedello Necnon honeſtis viris Nicolao cuper de venroide. venerabilis curie. Coloñ. notario iurato. ꝛ Criſtiano ivintzen de enklurchen clerico Coloñ. dyocẜ. teſtibus ad premiſſa fidedignis rogatis et requiſitis.

Et ego Arnoldus kolich de enkirchen clericus Coloñ. iuratus. Quia premiſſis oībus ꝛ ſingulis dum ſic vt premittitur fierent ꝛ agerentur vna cum prenoīatis teſtibus preſens fui. Eaqꝫ ſic fieri vidi ꝛ vt prefertur ex relatōne bedelli audiui. Idcirco preſens publicum inſtrumentū manu mea propria ſcriptum ꝛ ingroſſatum exinde cōfeci ſubſcripſi publicaui ꝛ in hanc publicam formam redegi. Signoqꝫ ꝛ noīe meis ſolitis ꝛ conſuetis ſignaui rogatus et requiſitus in finē ꝛ teſtimoniū oīm ꝛ ſingulorū p̄miſſoꝝ

Sequitur tabula ſubſequentis operis ſeu tractatus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf